# PROGRAMMA AUTHORIS.

SUnt qui ſæpè legant Chymicos multumq; libellos,
Nec dena attingant poſt quoq; luſtra ſcopum,
Nunc huc, nunc illûc, incertis paſſibus acti,
Quos Labyrinthæis flexibus ire patet.
Sunt alii invidiâ tacti, qui cuncta recondunt,
Offuſis tenebris impediuntq; bonos,
Scilicet ut ſoli ſapiant, ſoliq; putentur
Eſſe ſophi, queis nîl quam ſua ſponſa placet.
Aequoris hanc inter Scyllam, vaſtamq; Charybdin
Alchymicam, in medio noſtra carina natat:
Cholchidos auriferam ut ſiquando ad littora lanam,
Technophilus per me fortè referre queat,
Inſcribat ſpoliis, anagrammate nominis apto,
Mi Nicolaus erat dux Niger Hapelius.